

Toledo IV, c. 64 (Vat. lat. 1341,
fol. 76^{vb}):

Lex Visigothorum, 12.2.10:

Non potest erga homines esse fidelis, qui deo extiterit infidelis. Iudei ergo, qui dudum christiani effecti sunt et nunc Christi fidem praevaricati sunt, ad testimonium dicendum admitti non debent, quamvis esse se christianos annuntient, quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita in testimonio humano dubii habentur. Infirmari ergo oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur, nec eis esse credendum, qui veritatis a se fidem abiecerunt.

NE IUDEI CONTRA CHRISTIANOS TESTIFICENTUR, ET QUANDO EX ILLIS PROGENITIS TESTIFICARI SIT LICITUM.

Si coram hominibus repperit mendacium et infamem facit et damnis affligit, quanto magis in divina fallax fide perventus non erit penitus ad testimonium admittendus. Merito ergo testificari prohibiti sunt Iudei, seu baptizati, sive non extiterint baptizati.

BL 1.335:

UT OMNES, QUI IN FIDE CATHOLICA SUSPECTI SUNT, IN TESTIMONIO HUMANO DUBII HABEANTUR.

Omnes, qui in fide Christi vel catholica suspecti sunt, in testimonio humano dubii habentur. Infirmari ergo oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur, nec eis esse credendum, qui veritatis fidem ignorant.

[fides et vita
from BL 1.393
or 2.381h]

CA 3a-c:

Placuit, ut semper primo in accusatione clericorum fides et vita blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis debet praecedere, quia dubius in fide infidelis est; nec eis omnino esse credendum, qui veritatis fidem ignorant...

BL 3.176:

DE HIS, QUI IN RECTA FIDE SUSPECTI SUNT, IN ACCUSATIONE SACERDOTUM VEL TESTIMONIUM NON SUSCIPIENDIS.
Ut omnes, qui in fide Christi catholica suspecti sunt, in accusatione sacerdotum vel testimonio humano dubii habeantur nec recipiantur.

BL 3.427:

DE EO, QUI FALLAX IN FIDE REPERTUS FUERIT.

Si coram hominibus repperit mendacium et infamem facit et damnis affligit, quanto magis in divina fallax fide perventus non erit penitus ad accusationem vel ad testimonium admittendus. Merito ergo accusare et testificare prohibentur, qui in recta fide suspecti sunt.